

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Christian Ohm Heinrich Tode

## **Disputatio Sexta De Iure Emphyteutico**

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730621332>

Druck Freier  Zugang



Chr. Ohm (H. Thoden) <sup>lect.</sup>

R. U. im 1612. ff.



35

DISPVATATIO SEXTA  
DE  
IURE EMPHYTEU-  
TICO

*Quam,*

D. O. M. A.

*Consensu & authoritate Amplissimi & Consultissimi senatus iuridice facultatis  
in in-lyta Rosarum Academia*

P R A E S I D E

Viro Clarissimo & Consultissimo  
**DN. CHRISTIANO OSM**  
J. U. D.


*Publicè habebit*  
**HENRICUS THODENIUS**  
*ex agro Bremens. Saxo*

In Auditorio majori ad diem 22. Aug.



ROSTOCHII  
Typis Joachimi Pedani Anno M. DC. XII. deit a Dn. L.

*Præstissimum &  
erum Juv. Du  
anum Seller  
Notariu Pub.  
et compen  
sicundissimi a  
rato serio par*



DISPUTATIO  
DE  
*JURE EMPHYTICO.*

Thesis I.



D exemplum Publicianæ actionis alia quoque inventa est in rem actio, qua Emphyteuticarijs, qui proprietarios imitantur, consultatur, quæ actio vestigalis, sive de fundo vestigali, id est, emphyteuticario dicitur. *Cujus. in parat. ff. si ag. vest. pet.*

II.

Et est actio in rem, qua Emphyteuta, rem emphyteuticariam à quovis possessore repetit. *I.i. ff. d.t.*

III.

Quia verò Emphyteusis habet propriam naturam, de ea paucis agemus. Et quidem nomen habet à Græco ἐμφυτεύειν, quod inserere, & per metaphoram meliorare significat, cum persationem agri meliores reddantur. *Cujas. in parat. ff. b. tit.*

IV.

Est a. Emphyteusis contractus, quo dominus fundi sui usum & fructum plenissimum, & quasi dominium alteri concedit, ea lege, ut inserendo, plantando, arando & collendo meliorem eum & fructuosiorem faciat, proque eo pendat pretium seu vestigal annum. *Cujas. in parat. C. de Jur. Emphyt.*

V.

Dividitur in civilem & Ecclesiasticam. Hæc in rebus Ecclesiæ, aliorumque collegiorum, & domuum venerabilem, causa cognita constituitur. *Nov. 7. Nov. 120.*

VI.

Illa in rebus immobilibus universitatis secularis, vel ejam privati constituitur. *I.i. § tot. iii. C. de Jur. Emphyt.*

A 2

Constit-

## VII.

Constituere Emphyteusin possunt, qui rerum, quæ in  
Emphyteusin conceduntur domini sunt, nec alienare pro-  
hibentur. *l.l. C. d. t.*

## IIX.

Accipere possunt omnes, qui ex contractu obligari,  
nisi prohibeantur. *I. X.*

Prohibentur autem Oeconomi, & reliqui venerabi-  
lium domorum ordinatores, & parentes eorum & filij, & a-  
lii qui per genus eis, vel nuptiarum jure conjuncti sunt,  
Emphyteusin rerum ipsis venerabilibus dominibus compe-  
tentium, aut per semetiplos, aut per interpositam personam  
accipere. *Nov. 120. c. 5. §. I.*

## X.

Res in qua consistit, Emphyteusis est immobilis & qui-  
dem tam urbani, quam rustici prædij, modò corporea sit.  
*l.l ff. b. tit. §. adeò 3. Inst. de locat. conduct.*

## XI.

Constituitur Emphyteusis consensu contrahentium,  
accedente domini traditione, vel patientia, qua secundum  
fidem contractus patitur Emphyteutam uii frui re conce-  
ta, pro certa pensione. *d. §. adeò. & ibi Interpp. Inst. de loc. cond.*

## XII.

Ad hujus contractus substantiam scriptura non requi-  
ritur, quia tamen varia recipit pæcta, ideo ad probationem  
ejus, quod actum est, ut fiat consultius est, *l.l. ubi interp. C. b. t.*

## XIII.

Stipulationibus quoque & ultimis voluntatibus, ut &  
longissimi temporis præscriptionibus, item successione ac-  
quiruntur. *Wesemb. in parat. ff. b. t.*

## XIV.

Et quidem vel simpliciter vel ad certum tempus, vel ad  
generationem certam, vel deniq; in perpetuum concedi po-  
test. *l.l. & ult. ff. b. t.*

Em-

## XV.

Emphyteusis civilis simpliciter constituta, nulla filiorum, nec heredam facta mentione, non modo ad Emphyteutae filios, filiasve, reliquosque descendentes, verum etiam ad extraneos heredes transit. Ecclesiastica vero ad solos descendentes pertinet. *Nov. 120. c. 6. §. 1. ubi Cujac.*

## XVI.

Aequum Emphyteusi civili ad certum tempus constituta, Emphyteuta intra praescriptum tempus mortuo, tam extranei heredes, quam descendentes admittuntur. Ecclesiastica, descendentibus ante completum annorum numerum deficienibus, ad Ecclesiam reveritur. *arg. Nov. 7.*

## XVII.

Ad certam generationem concessa, sive civilis, sive Ecclesiastica, ad solos descendentes, usque ad generationem in concessione expressam spectat. *¶*

## XIX.

Perpetua Emphyteusis civilis ad quoscunque transit heredes, Ecclesiastica ad solos descendentes. *Nov. 55. c. 2 & Nov. 120. c. 6. §. licentiam.* *XIX.*

Formam huic contractui principiè dant pacta contrahebitum, quæ firma illibataque perpetua stabilitate, modis omnibus debent custodiri. *I. i. C. h. t.*

## XX.

Ita ut si interdum ea quæ fortuitis casibus eveniunt, pectorum non fuerint conventione concepta: siquidem tanta emerget clades, quæ prorsus etiam ipsius rei, quæ per Emphyteusin data est, faciat interitum: hoc non Emphyteutario, cui nihil reliquum permanxit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. *d. I. i. C. h. t.*

## XXI.

Sin vero particolare, vel aliud leve contigerit damnum,

A 3

ex quo

**ex quo non ipsa rei penitus lēdatur substantia: hoc emphyteuticarius suis partib⁹ non dubitet adscribēdum. d.l.t.C.b.t.**

**XII.**

**Ex quo consequitur, Emphyteutas propter inundationem, aut sterilitatem agrorum, incursum hostium, ac calamitates bellorum à solutione canonis non liberari. arg. d.l.t. C.b.t.**

**XIII.**

**Quemadmodum autem damnum, ita quoq; augmentum rei Emphyteuticæ obveniens, ad Emphyteutam, nulla, inter latens & apparens incrementum, differentia adhibita, pertinet. arg. l.secundum 10. ff. de. R. J.**

**XIV.**

**Finitur emphyteusis, finita generatione seu sbole ejus qui accepit, vel tempore, ad quod constituta fuit, elapso. l.ult. ff. b.t.**

**XV.**

**Ob culpam quoq; Emphyteutæ amittitur, si in Ecclesiastica Emphyteusi per biennium, in civili verò per triennium canonem solvere cessavit, neq; apochas domino tributorum reddiderit. l.2. C. h. t. c. ea enim 10. q. 2.**

**XVI.**

**Nec Emphyteutam excusat, si prætendat, quod non sit super hac causa, inquietatus: cum neminem oporteat conventionem vel admonitionem expectare, sed ultrò tene offerre, & debitum spontanea voluntate perfolvere. a.l.2. C. b. tit.**

**XVII.**

**Quod si dominus post cessationem triennij pensio-  
nem præteriti temporis ab emphyteuta receperit, juri ex-  
pellendi renunciasse non censetur, secus si elapso triennio  
pro futuro rei Emphyteuticæ usu dominus canonem acci-  
piat. Dd. in. l.2. C.h.t.**

**XIX.**

**Et hanc moram ob non solutum canonem commis-  
sam, oblationę canonis purgare nequit, nisi celeri satisfa-  
ctione**

Etione sibi emphyteuta Ecclesiasticus consulat. d.l.z. C.b.t.  
e. potuit ext. de locat. XXXIX.

Ne a. ex hac causa dominis facultas oriatur Emphyteuta  
suos repellere, & redditum minimè velle suscipere, ut ex  
hujusmodi machinatione, tempore elapsō, suo jure is qui  
Emphyteus in suscepit, cadat: licentia ei conceditur, attestatio-  
nem præmissa pecunias offerre, hisq; ob signatis & secun-  
dum legem depositis, minime dejectionis timere periculū.  
d. l. z. C. b. t.

### XXX.

Si Emphyteuta pluribus heredibus relictis decebat, quo-  
rum unus suā canonis portionem solvit, alter vero non, to-  
ta Emphyteus in ad dominū revertitur. arg. l. 5. §. ul. ff. de V. O.

### XXXI.

Emphyteuta tamen prædicto modo jure suo cadens non sta-  
tim auctoritate propria domini, sed interveniente officio magi-  
stratus per sententiam declaratoriam expelli debet. arg. l. 176. ff.  
de R. I. l. 7. C. unde vi.

### XXXII.

Præterea ob culpam jure suo privatur Emphyteuta, si fun-  
dum Emphyteuticum dolo malo, vel culpa deteriore reddat,  
arbores frugiferas incidendo, sylvas extirpando, vel alij modis  
se sibi concessa ab utendo Auth. qui rem. C. de SS. Eccl. Nov. 120. c. 8.

### XXXIII.

Deniq; ob culpam amittitur Emphyteus si sine consensi  
domini meliorationes suas alijs vendat, vel ius Emphyteuticum  
transferat. l. 3. C. b. t.

### XXXIV.

Sed ne hac occasione accepta domini minimè concedant Em-  
phyteutas suos accipere pretia meliorationum, quæ in venerant,  
sed eos deludant, & ex hoc commodum Emphyteutæ depereat:  
dispositum, attestationem Domino transmitti, & prædicere quan-  
tum pretium ab alio revera accipi potest d. l. 3. C. b. tit.

### XXXV.

Et si quidem dominus hoc dare maluerit, ipsum dominum  
omnino hæc comparare. Sin autē duorum mensium spatiū fue-  
rit emensum, & dominus hoc facere noluerit; licentia Emphyteu-  
tae de-

*et detur, ubi voluerit, & sine consensu domini meliorationes suas vendere.* d.l.3 c.b.t.

### X X X VI.

Necessitatem autem habere dominos si alijs melioratio, secundum prefatū modū vendita sit, accipere Emphyteutas, nec contradicere, sed novos Emphyteutas, in possessionem suscipere per se, vel per literas suas, vel per depositionem, Romæ apud virum clarissimum, magistrum censum, vel praesentib[us] tabulariis per attestacionem: in provincijs a. per praesides vel defensoris celebrandam d.l.3. C.b.t.

### X X X VII.

Pro qua subscriptione vel depositione, quinquagesimam partem prætij vel estimationis loci qui ad aliam personam transferatur, laudemium vulgo vocant, novus Emphyteuta domino praestare debet.

### X X X VIII.

Planè Emphyteuta etiam sine domini consenso jus suum docere, in dotem dare & oppignorare potest. § ad e. 3. Inst. de locat. conduct. l. i. c. de fund. patrim. l. 16. § fin. ff. de pignorat. att.

### X X X I X.

Quemadmodum autem dominus sine predictis, causis rem Emphyteutæ auferre non potest, ita exdiverso, Emphyteuta eam non potest invito domino deserere. l. quicunq. C. de fund. patrim.

### X L.

Effectus hujus contractus est, ut actio hinc oriatur, que **condictio** ex lege vocatur, qua actor petit, ut res promissa tradatur, arg. l. un. ff. de conduct. ex leg.


### COROLLARIA.

1. Locatio, ultra decennium facta in Emphyteusin non transit.
2. Ordinaria furti pena, ex constitutione Carolina ultimum supplicium est.
3. Ab hac pena excusat furtum necessitatis & famis tempore commissū.
4. Res furtiva apud furem à judice ad mortem damnum, inventa, cui subtracta est, restitui debet.
5. Revocatur donatio propter liberorum super venientiam.
6. Pater beneficio l. si unquam C. de revocand. donat. renunciare potest.
7. Thesaurus in fundo Emphyteutico inventus, inter inventorem & proprietarium dividendus est.
8. Pensio Emphyteutica in sola numerata pecunia non consistit.

• 80 •







the scale towards document

Emphyteuta Ecclesiasticus consulat. d.l.z. C.b.t.  
locat.      **X X I X.**

ac causa dominis facultas oriatur Emphyteu-  
tere, & redditum minimè vele suscipere, ut ex  
chinatione, tempore elapsō, suo jure is qui  
sucepit, cadat: licentia ei conceditur, attesta-  
pecunias offerre, hisq; obsignatis & secu-  
positis, minime dejectionis timere periculū.

**X X X.**

auta pluribus heredibus relictis decebat, quo-  
anonis portionem solvit, alter vero non, to-  
s ad dominū revertitur. arg. l. s. §. ul. ff. de V. O.

**X X X I.**

atamen predicto modo jure suo cadens non ha-  
propria domini, sed interveniente officio magi-  
niam declaratoriam expelli debet. arg. l. 176. ff.  
vi.

**X X X I I.**

culpam jure suo privatur Emphyteuta, si fun-  
ticum dolo malo, vel culpa deteriorem reddat,  
as incidendo, sylvas extirpando, vel alijs modis  
abutendo Auth. qui rem. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 8.

**X X X I I I.**

culpam amittitur Emphyteutis si sine consen-  
tiones suas alijs vendat, vel jus Emphyteuticum  
b. t.

**X X X I V.**

cassione accepta domini minimè concedant Em-  
cipere pretia meliorationum, quæ in venerunt,  
& ex hoc commodum Emphyteutæ depereat:  
tationem Domino transmitti, & predicere quan-  
tatio revera accipi potest d. l. 3. C. b. tit.

**X X X V.**

dominus hoc dare maluerit, ipsum dominum  
parare. Sin autē duorum mensium spaciū fue-  
lominus hoc facere noluerit; licentia Emphyteu-  
tae de-